

(Herzogenburg). 66. S. Andreae juxta flumen Traysam C. R. (aufgeh.). 67. Claustrinopolis C. R. (Klosterneuburg). 68. S. M. V. **Scotorum** Viennae. 69. Dominicaner in Wien. 70. s. Dorothea C. R. in Wien (aufgeh.). 71. S. Crucis in Austria O. Cist. (Heiligenkreuz.) 72. **Cellae Mariae** (Maria-Zell). 73. Campoliliorum O. Cist. (Lilienfeld). 74. Conv. fratrum minor. in prückh super muram (aufgeh.). 75. Runa O. Cist. (Rein). 76. S. Catharinae in Stainz O. S. A. (aufgeh.). 77. Ecclesia cathedral. Secomensis. 78. Mon. s. Andreae et cathedr. ecclesia in valle Laventina (jetzt Jesuiten). 79. **S. Pauli** vallis Lavent. 80. Griffental O. Praem. (aufgeh.). 81. Oberndorff aquilegiensis dioec. (aufgeh.). 82. Ecclesia cathedral. Gurcensis C. R. 83. **Clastra Ossiacae** (aufgeh.). 84. Conv. Lienzensis Carmel. (aufgeh.). Endlich nähert er sich wieder der Heimat und präsentirt sich 85. bei den Dominikanern und 86. Franciscanern in Bozen am 25. Mai. Die übrigen Klöster besuchte er nicht mehr, sondern 87—91 trug ein Chorherr einfach die Beitritts-Erklärungen von Stams, Wilten, Franciscaner in Innsbruck u. s. w. ein. Die letzte lautet: Quod nobis post hanc mortalitatem fieri volumus, id pro confoederatis modo faciemus.

*P. Bernard Maria Dr. Lierheimer O. S. B.*

## Drei bisher unbekannte Briefe Ussermann's nach den Originalen der Stifts-Bibliothek zu Ottoberguarn.

Mitgetheilt von P. Magnus Bernhard.



Ussermann Aemilian, geb. zu St. Ulrich im Schwarzwalde (Grossherzogthum Baden) am 30. Oct. 1737, Profess bei St. Blasien am 1. Mai 1757, Priester am 16. Mai 1761, starb am 31. October 1798. Seine Biographie vide: „Scriptores imp. Aust. Hungarici“ pg. 487. Er schrieb: 1. *Prodromus Germaniae sacrae*. Tom. I. II. S. Blasien 1792, in 4<sup>o</sup>, pg. 394, 514. 2. *Episcopatus Wirceburgensis*. S. Blasien 1794, in 4<sup>o</sup>, pg. 512, 143. 3. *Episcopatus Bambergensis*. Opus posth. S. Blasien 1801. 4<sup>o</sup>, pg. 456, 282.

I.

Plurimum Reverendo ac eruditissimo Viro P. Casparo Eberle <sup>1)</sup>, Bibliothecario doctissimo S. P. D.

P. Aemilianus Ussermann, bibth. S. Blasii.

Veniam dabis, Vir Clarissime! dilato tamdiu a me responso ad amicissimas Tuas, quibus me beasti, litteras, et documenta a Te nobis subministrata, quae perquam grata nobis nostroque labori acciderunt, ea, quae petisti, proxima occasione remissuris. Ex adiectis prospectibus facile providebis tanta mihi interea fuisse exantlanda sive negotia, sive itinera quoque, quae me ad expedienda amicis et sodalibus meis responsa vel invitum praepediebant. Imminente num maiore otio et hyemali vix non rigore maius ad id tempus nactus libenter obligationi meae satisfacio.

Prospectum alterum ecclesiae Argentoratensis nostrum omnino facimus eumque vere normam aliorum episcopatum elaborandorum quoad fieri potest assumimus, ne alterum archidioeceseos Moguntinae imitando opus immensum sistere cogamur; facile fini mundi superstes futurum. Ea igitur potissimum sistere meditatur, quae occulta adhucdum sunt aut ignota, ut tamen tota S. Germaniae historia in nucleo velut sistatur, argumentum ulterioris indaginis praebitura illis, qui patria historia delectantur. Quam in rem plures iam undique collaboratores aut subsidia ex archivis, Protestantium etiam principum adquisivimus, quae spem nobis operis nostri brevi evulgandi faciunt: facto simul initio negotium totum expediturus (?) fiet. Interea haud desunt varia nobis perfringenda obstacula. Chronica ottoburana nobis amicissime transmissa multa nobis pro Augustana dioecesi suppeditant; ea tamen arctis nimirum limitibus circumscribuntur, quae facile ex archivio antiqui adeo et celebris monasterii suppleri poterunt, quantum id quidem sine quovis praeiudicio fieri poterit. Hoc si clementer indulserit Reverendissimus Abbas Ottoburanus, cui eam in rem preces suas praeter officiosissimam salutem defert celsissimus meus Abbas, rem oppido nobis gratissimam fecerit, monasterio suo uti maxime honorificum, sic et a nobis omni data occasione promovendum. Vale vir amicissime! tibi que addictissimo ut potes fave.

Dabam e S. Blasio d. 14. 8bris 1784.

Ni fallor R. P. Beda Mayr, Donauwerdanus in elaboranda dioecesi Augustana proxime occupabitur.

II.

Reverendissime, Perillustris ac Amplissime Domine S. R. I. Praelate <sup>2)</sup>,  
Domine, D. Gratosissime!

Insigni prorsus nos societatemque nostram litterariam gaudio affecit optatissimus de prono Tuo in Germaniam Sacram omni ex parte iuvandam studio ad nos allatus nuntius. Sic Dii Te, Praesulum (sic) optime, Tuosque iuvent, ut tandem unitis operis vel Benedictini saltem Germaniae nostrae monachi prae-

<sup>1)</sup> P. Caspar Eberle, Conventual des Klosters Ottobeuern, Bibliothekar und vorzüglicher Organist, † 12. Sept. 1811.

<sup>2)</sup> Abt Honorat Göhl von 1767—1802.

clara Maiorum suorum in eam merita e tenebris eruta ingratissimis posteris ob oculos ponant, ne nostra demum socordia accidat, ut Germania se Benedictinam potissimum olim fuisse penitus tandem ignoret. Habe hic scopum finemque suscepti nostri communis operis ex primariis unum, Abbas Reverendissime! alterum Ipse divinabis, si quae quotidie in monachorum opprobrium orcus, aut orco malignior mundus protrudit, scemmata rogitas. (?)

Enimvero, Deo perpetuae sint grates! haud parum suscepti huius laboris fama obtudit malevolorum tum ora, tum calamos quoque et sistet porro inimicorum nostrorum molimina continuatura eiusdem perficiendi studium. Hoc si per carissimos ac doctissimos alumnos Tuos adiuvari permiseris, aut iusseris etiam, rem oppido, ordini nostro gloriosam praestiteris. Sane turpem nescio enim desidia aut ignorantiae quoque notam effugere vix poterimus nos Germaniae monachi, si gloriam hanc Viris, a religione quidem alienis, studio autem nostro faventibus quam maxime relinqueremus, ut ipsi Maiorum nostrorum facta illustrent. Ex plurimis horum numerare vel paucos liceat.

Sermos. (serenissimos) duces Vinariensem <sup>1)</sup> et Gothonium <sup>2)</sup> qui suis ad Cels. meum litteris, ut pote ab Eodem requisitis, archivia sua alacres condixerunt. Nec desunt Protestantium plures, quos nominare nondum licet, qui operam suam et subsidia partim condixerunt, partim contulerunt etiam. De catholicis cooperantibus proxime plura.

Sed modum forte normamque discere aves, qua in elucubrando hoc opere procedamus. Eam paucis ex adiecto prospectu gemino, uno quidem fusiore Moguntiacensi, altero breviori Argentoratensi, quam ceu normam etiam W. Gerckénio <sup>3)</sup> pro elaborandis episcopatibus Septentrionalibus, nosque ipsi adoptavimus communique studio confecimus, discas. Si quid dubii hac in re residuum fuerit, tum litteris, tum ore, si quos Tuorum huc dirigere dignaberis, in planum deducetur.

Vides Praesul Amplissime! rem fervere, eoque iam esse deductam, ut commota fere tota Germania, salvum iam non sit pedem referre, sed impigre nostras in rem communem symbolas conferre necessum sit. Spem interea in Te (cuius eruditissimo alloquio Ottoburae frui concessum est, dum Benedictoburae a. 1767, degebam exinde Salisburgum delatus) maximam repono, Tua opera non Tuos modo, sed et alios Sueviae Sodales ad tam salutare negotium permotum iri. Alias plura. Iam me nostrumque laborem gratis Tuis impensissime commendo. Reverendissimae Amplitudinis Tuae

Dabam e D. Blasii in Hercyniis 28. Nov. 1784.

Servus Devotissimus P. Aemilianus Ussermann, Bibliothecarius.

### III.

#### Reverendissime, Perillustris, ac Amplissime Domine S. R. I. Praelate, Domine Gratosissime!

Redeunt tandem vel sero, quae primus et solus gratiose adeo nobis transmittere dignatus es ad conficiendam Germaniam sacram subsidia, pro quibus

<sup>1)</sup> Weingarten.

<sup>2)</sup> Mir nicht bekannt.

<sup>3)</sup> Mir nicht bekannt.

grates habemus maximas. Illa quidem diutius aliquandiu detinendi animus erat, non quod illis adhuc indigeremus, sed ut cum foenore rediret, scilicet cum Celsissimi mei Historia Nigrae Silvae completa. In qua tamen cum soli indices adhuc deficiunt, illa subsequetur. Adieci interim parvum chorale nostrum continens ea, quae apud nos a 4 vocibus cantantur in grati animi signum; quodsi et caeteri chorales nostri libri exoptentur, certior factus mox submittam.

Adiicio his simul alterum Germaniae sacrae conspectum, ut inde operis totius oeconomia pateat pro qualibet dioecesi, quas quidem plures iam elaboratas habemus, quae praelum expectant, quod vero ob varias causas, praecipue in nostris terris Austriacis, adhuc retardatur. Eius vero initium in ephemeridibus litterariis indicabitur. Modo essent, praecipue ex monasteriis, qui sua nobis auxilia communicarent, aut ipsi res suas conscriberent, ne quandoque nimis ieiuni esse cogamur illorum utique non nostro vitio. Haec in Augustensi praepriis dioecesi nostra querela, unde vel nuda promissa, vel ne responsa quidem tulimus. Si quid hac in re vel per Teipsum aut Tuos poteris, Praesul Reverendissime! causae nostrae favere ne dedigneris, enixe rogamus. Deest nobis P. Corb. Khamm Hierarchiae Augustanae Tomus II. quo maxime indigemus; hunc si nobis submittere gratiose volueris, gratissimi accipiemus et remitemus. Celsissimus meus omnimodam salutem unacum obsequiis suis devinctissimis nuntiat. Hisce me in amplissimas gratias perenixe commendo.

Reverendissimae Amplitudinis Tuae

E S. Blasio d. 22. Nov. 1787.

Servus devotissimus P. Aemilianus Usseman, Bibliothec.

## Diakon und Abt Ato auf einer Synode zu Regensburg.



Im letzten Decennium des achten Jahrhunderts fand in der Kirche des heil. Emmeram bei „Reganesburg“ eine Versammlung von Bischöfen, Aebten und Priestern statt. Die zufällige Nachricht davon bei Meichelbeck (hist. fris. I, Instr. Nr. 21) nennt die einheimischen Bischöfe Walterich (von Passau), Arn (von Salzburg) und Ato (von Freising); dann die baierischen Aebte Adalbert (von Tegernsee) und seinen Vicar Zaccho, Hunrich (von Mansee), Urolf (von Altach) Reginperht (von Moosburg) und Petto (von Schäftlarn); ferner Reginperht Priester und Caplan (wahrscheinlich des B. Arn), Wolfher Priester und Caplan (wohl des B. Ato) und den (Freisinger) Priester Cunzi. Ausserdem steht an der Spitze der Bischöfe